

howin vnd holen lassin in den rechtin howin, alz yn vnser förster wisen wirdet alle wochlich ewiglichin ane vnsir, vnser erbin vnd nachkomen hindernis, vnd eigen vnd gebin dem selbin spittel czû Missin daz fuder borneholez in dem selbin fridewalde alle wochlich von vnsir furstlichin gewalt gnediglichin mit disem brieffe furbasmer ewiglichin darynne czû habin, des czû gebruchen vnd darczû zcû folgen in allir maße, alz obingeschrebin stehit vnd eigens recht ist vnde habin des czû orkunde vnsir insigel wissintlichin an disen brieff lassin hengen. Hie bie syn gewest vnd synt geczûge die gestrengen vnsir liebin getruwin er Offe von Sliwin, er Hugold von Slinicz, Ticzman von Grunrode, Gunther von Bunow, Jan von Slinicz vnd ander lute gnug, den wol ist czû glouben. Gegebin czû Missin nach gotis geburte virczehenhundirt iar darnach in dem virden iare, am nestin sunnabunde nach vnsirs herren uffart tage.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Markgrafen (Judenkopf) an einem Pergamentstreifen.

No. 71. 1410. 15. Juni.

B. Thimo bestätigt die vom Rathe der Stadt gemachte Stiftung und Dotation eines Altars in der St. Bartholomäuscapelle. — Sane exposito nobis pro parte providorum virorum magistri civium consulum ac iuratorum civitatis Misnae, quomodo ipsi pro suarum successorumque suorum et aliorum Christi fidelium ad hoc suffragantium salute animarum et remedio peccatorum altare quoddam in capella sancti Bartholomaei extra muros dictae civitatis Misnae consecrandum erexissent ac fundavissent ac certis bonis censibus et proventibus annuis infrascriptis pro sustentatione congrua rectoris altaris eiusdem pro tempore existentis dotavissent, videlicet una certa vinea prope civitatem Misnensem ultra pontem ac quatuor agris terrae arabilis pro quatuor modiis ad seminandum sufficientibus similiter prope Misnam iacentibus, quos altarista ibidem exponet ad usum quem poterit utiliorem, nec non uno maldare siliginis Misnensis mensurae de quodam molendino communiter Egkelmans molendinum nuncupato, de quo molendinator ibidem solvere tenetur singulis quatuor anni temporibus tres modios siliginis mensurae antedictae, similiter uno macello in dicta civitate, quod de praesenti habet et possidet Hannes Brun, de quo dabuntur omni anno novem lapides sepi in festo s. Martini, ad quod tamen macellum nullus debeat locari, nisi de expresso consensu et licentia magistri civium consulum et iuratorum civitatis Misnensis pro tempore existentium, ac quatuor florenis Ungaricalibus de praetorio dictae civitatis Misnae pro medietate in festo pentecostes, reliqua vero in festo s. Martini omni anno solvendis; item tribus maldaribus siliginis mensurae Misnensis solvendis singulis annis in festo s. Michaelis de quodam molendino dicto dy Lerche sito prope civitatem Misnensem, de quibus altarista pro tempore existens infirmis scilicet leprosis¹⁾ masculini sexus, quando et quotiens tales in curia dictae capellae fuerint, necessaria procurabit, cum scitu tamen et ordinatione magistri civium consulum et iuratorum praedictorum; quando vero tales infirmos abesse contingat, ex tunc iam dicti magistri civium consules et iurati habeant et habere debent plenam et omnimodam facultatem et auctoritatem disponendi et ordinandi de dictis tribus maldaribus siliginis prout ipsis melius et utilius videbitur expedire. — Rector vero altaris supra dicti qui pro tempore fuerit tres vel quatuor missas per se vel per alium habilem in dicta capella septimanatim celebrabit. Ius vero patronatus sive collatio altaris eiusdem, quando et quotiens in antea quocumque modo vacare contigerit, ad providos magistrum consulum ac iuratos dictae civitatis

1) infirmos scil. leprosos Orig.